



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 10. Exitus Neracensis consultationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI.
A.C. 1579.

Monachorumque, ac sacrorum hominum, qui non pauciores ducentis supplicationem instituerant, exilium, paucis retentis, a Magistratu impetraverant: cum autem Catholici tantam impietatem indulgere renuerent, hæc repulsa nonnisi ad Calvinistas magis irritandos valebat, quapropter ipsimet hæretici sua auctoritate ducentos illos Ecclesiasticos comprehendunt, urbe expellunt, ac duobus ab urbe milliaribus abductos includunt, donec Senatus hac super re decrevisset: equidem Archidux de atroci hac injuria palam querebatur, ac nisi Sacerdotes, & Monachi rursus libertati redderentur, se mox e Belgio excessurum minitabatur: ast Calvinitæ spretis Principis sui querelis, minisque nil aliud Archiduci indulgebant, nisi ut in urbe conscientiæ libertas permitteretur, ac pace quadam religionis promulgata etiam templa quædam Sacerdotibus restituerentur, exclusis Monachis, & sacrorum Collegiorum sodalibus, seu Canonicis. Hæc pacificatio die duodecima Junii fuit inita.

§. X.

Exitus Neracensis consultationis.

*Avila hist.
des guerres
civil. de Fr.
l. 6. an. 1579.*

Tandem Neracense colloquium, quod Regina Henrici III. Mater cum Navarræ Rege, ceterisque Protestantibus intelli-

instituerat, absoluebatur pacto utrinque
 foedere viginti septem articulis compre-
 henso, qui tamen omnes ad edicti ante
 biennium promulgati verba vel inter-
 pretanda, vel fusius explicanda collima-
 bant. Ceterum hisce pactis unacum
 Regina Matre nomine Regis subscripse-
 re Armandus Guntaldus Bironus, Gui-
 lelmus Joiosa, Ludovicus Sangelafius
 Lanfacus, Bertrandus Salignacus Mo-
 ta-Fenelonius, Guido Faber Pibracius:
 porro postea Rex Lutetiæ hos articulos
 ratos habuit die decima nona Martii.
 Verum eisdem spectata rerum, tem-
 porisque vicissitudine mox publici ju-
 ris facere, tum minus consultum vi-
 debatur.

§. XI.

*Regina Mater in Vasconiam, Occida-
 niam, & Delphinatum profecta.*

Firmato hoc foedere Regina Henrici
 Mater Aginnum venit, omnesque
 Vasconiae, Occidaniae, & Delphinatus
 Provincias lustrabat, inde vero Tolo-
 sam delata diu cum Joanne Monlucio
 Valentiae Episcopo conferebat, ac hu-
 jus Provinciae res componere satagens
 Senatum impense hortabatur, ut de se-
 veritate pristina imposterum quicquam
 remitteret, & se deinceps quoad inter-
 pretationem edicti in Protestantium gra-

Hist. Ecclesiast. Tom. XLIX. Kk tiam

Saecul. XVI.

A.C. 1579.

Thuan. l. 5.

Thuan. 8.

Avila l. 5.

Mezeray

abregé chron

tom. 5.